



ad circumci-si- ó-nem pú-e-ri, et vocábant e- um



nómine patris su- i Zacha- rí- am. Et di- xit



mater ejus : Nequáquam, sed vocábi- tur Jo- ánnes.

℣. Fuit homo., Oratio Deus, qui præséntem diem ho-
norábilem., pag. præcedenti.

DIE II. JULII.

IN VISITATIONE B. MARIÆ VIRG.

TOTUM DUPLEX.

Omnia, præter hic designata, fiant ut in Nativitate
B. Mariæ, die viij. Septembris, mutato nomine **Nativitátis.**
in nomen **Visitatiónis.**

Capitulum.

Cant. 2.

SURGE, própera amíca mea, colúmba mea, formósa mea,
et veni ꝥ jam enim hiems tránsiit, imber ábiit et re-
césit : flores apparuérunt in terra nostra.

Oratio.

OMNIPOTENS et miséricors Deus, majestátem tuam sup-
plíciter exorámus : ut, sicut Unigénitum tuum per
Visitatiónem et salutatiónem Genitrícis ejus púero clauso
in útero revelásti ꝥ ita, méritis ejúsdem Genitrícis et pré-
cibus, ipsum nos fácias reveláta fácie perpétuo contem-
plári : Qui tecum vivit.